



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Institutiovm Ad Oblatos pertinentium Epitomes. Liber Quartvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Et quoniam Sacerdotes in hisce domibus collegiatis degentes, frequentes esse debent in confessionibus populi audiendis; illud quoque custodiant, ut singulis hebdomadis ter inter se de conscientiarum casibus disputationes, & consultationes ineant; quibus vnus præsit, quem Præpositus delegerit.

Bis saltem singulis hebdomadis, quarta scilicet, sextaque; feria, in ecclesia sancti Sepulchri, & in alijs similibus, de rebus spiritualibus publica habeantur colloquia; quibus vtriusque sexus homines interesse possint.

Singulis diebus festis sacra, vel concio, vel sanctarum scripturarum explanatio in eisdem ecclesijs fiat; cum scilicet copia dabitur Oblatorum, qui huiusmodi numeribus obeundis satisfacere possint.

Oblati, qui in Civitate sunt, in edibus autem vitæ communis domicilium non habent, sæpius per hebdomadam, tum ad sui consortij Præpositum, tum ad eedes sancti Sepulchri, cum exercitationes spirituales fiunt, accedant.

Qui in diocesi autem habitant, ad eiusmodi exercitationes obeundas, prout Præpositus sancti Sepulchri, pro locorum propinquitate, aut longinquitate celsuerit, ad Præpositum se conferant, cuius curæ commissum est consortium Oblatorum illius plebis, vicariatusve, aut regionis, in qua illi habitant.

Oblati, qui in Seminarijs educantur, Sacellum habeant proprium, aut ædiculam orationi dicatam, quod simul frequentius iussu, & cura Præfecti sui spiritualis conueniant; ibique præcipuas quasdam spirituales exercitationes, præter illas, quæ propriæ sunt ceterarum Seminarij clericorum, simul exequantur.

Cum autem Oblatum aliquem è vita discedere cõtigerit, ad Altare maius sancti Sepulchri pro eius anima à probatissimis Sacerdotibus iussu Præpositi sancti Sepulchri, primo quoque tempore, tres Missæ celebrentur.

Quod si is, qui è vita discessit, ex aliqua Oblatorum domo collegiata extiterit; ab eadem familia officium præterea funebre cõuentuale eadem de causa celebretur.

I N S T I T U T I O N U M

Ad Oblatos pertinentium
Epitomes.

L I B E R Q V A R T V S.

De ijs, quæ ad Oblatorum missionem
pertinent. Cap. I.



VM in locum aliquem mittentur Oblati, præstantissimæ istius actionis pondus, & dignitatem animaduvertentes, secum ipsi magis, ac magis cogitent oportet, clericos homines ex omni christianorum numero diuinitus esse delectos, vt, cum [luminis,] tum [salis] facultatem atque deducant; yitæ verò optimè institutæ sale cõdiant, ac diuinis oculis gratos reddant: quod sanè, vt præstent perficiantque omnino, singularem quandam gratiam, per sacros ordines Diuina largitate sibi fuisse tributam meminisse debent.

Consuevit porro Deus munificentissimus, ac sapientissimus, cum seruum aliquod munus negotiumve hominibus iungit, ad illum ipsum trãsigendum vim quoque propriam, singularemque donum impertiri.

Mandasse olim Moysi Deum Iudaicæ gentis curam, omnium contumacissimæ, illique propterea ad hanc prouinciam facile administrandam, mansuetudinem planè singularem addidisse, ex sacris literis nouimus: sicuti, & Iosue aduersus Cananos summam rei militaris prudentiam, summamque virtutem; Salomoni sapientiam penè incredibilem, ad gentem sibi creditam regendam: Machabæis animum in impios inuictum.

Ita sanè hominibus sacro ordine initiatis, vnâ cum onere gratiam, & robur ad onus ferendum necessarium per Episcopi manus impositionem Deum tribuere minimè est ambigendum.

Quare

Quare cauendum porro diligenter ip-
sis est, ne, quod Apostolus monet, gra-
tiam sibi a Deo collatam, [in vacuum
accepisse] ostendant, illamque inanem
reddant; quam Diuino consilio dona-
tam sciunt, vt illam excitante, summo-
perèq; colentes, atque exercentes per-
petuò suam, & aliorum vtilitatem, &
salutem procurent; tum quidem Iesu
Christi Domini gloriam preclaris stu-
dijs apud omnes amplificando; tum ve-
rò exemplum omnibus, quàm optimum
proponendo, quo mores vitamq; com-
ponant: cum illos certè, vel ob eam ra-
tionem maximè in altissimo dignitatis
gradu, quasi in altissimo monte Deus
collocauerit; & in conspectu omnium
propositos esse voluerit.

Nam, vt Nautæ periculosis maris tem-
pestatibus iactati, ad accensas in altis
turribus faces iter dirigant cursumque
contendant; ita sanè homines varijs in
festissimi seculi agitati procellis, in Sa-
cerdotum vitam, ac mores, tanquàm
in lumina quædam clarissima oculos in-
tendunt.

At verò cum huiusmodi viuendi ratio
clericis omnibus debeat; quoniam tan-
dem pacto se gerere debent Oblati, ad
clarissimum istius congregationis insti-
tutum vocati, maximaque propterea in
hominum expectatione positi?

Hi certè cum ante alios ad præclaras a-
ctiones in hac Diocesi præcipue præ-
standas diuinitus vocati censeantur, nisi
diligentius, ac studiosius vocatione ista
obire assiduis vigilijs, indefessisq; la-
boribus se totos in hominum salutem im-
pendere, cæterosq; demum omnibus in
rebus singulari studio superare conten-
dant; neque suo muneri, neq; diuinæ vo-
cationi, neque hominum expectationi
satisfecisse, sibi omnino persuadeant,
oportet.

Cum autem in omnibus institutæ cõgre-
gationis functionibus tales se præstare
debent; tum maximè in missione omnium
præstantissima.

Quæ quæ sibi fiuntur monita atque
præcepta ad missionem pertinentis, per-
spicere diligenter, planeque custodire
debent.

Principio igitur, quemadmodum periti

Agricolæ nihil in vite relinquunt, quod
vel vitarum ortu impedire, vel progres-
sum remorari, vel maturitati officere
posse censeant, sed illud omne amputant,
circumciduntq;: sic muneris sui obser-
uantes adeo esse debent Oblati, vt quæ
a Diuini nominis propagatione, atque
animarum salute aliena sunt, reijciant
prorsus, aboleantque.

Quare illud in primis curent diligen-
ter, nè vlla in cultu ostentatio cerna-
tur, nulla in sermone petulantia, nulla
in moribus dissolutio, nulla in vita tur-
pitudine.

Illud deinde maximè referre ad digni-
tatem clericalem conseruandam memi-
nerint, omni loco omniq; tempore de
rebus spiritualibus sermonem sæpè in-
ferre: quod vt copiosius faciliusq; præ-
stent, animam diuinarum rerum assi-
dua commentatione pascant, memoriã-
que sacrarum historiarum commemora-
tione exerceant.

Et quocumq; tandem missi fuerint, val-
tu ibi, incessu, gestu, verbis, omni deniq;
corporis, atq; animi moderatõe, eam
viuendi normam præferant, ac seruet,
quam, & institutum congregationis, &
Ecclesiastici ordinis ratio, & exemplum
quod omnibus optimum præbere de-
bent ad quos mittuntur, ab eis omnino
expostulant.

Sciant autem, se muneris sui partes ed
melius executores esse, quò plus proba-
tæ vite exemplo ceteris hominibus præ-
stiterint.

Meminerint verò etiam, magni referre
ad hominum salutem, Ecclesiæ sacramen-
torum administrationem summam cum
dignitate tractari.

Cum enim animus noster rerum sensu-
bus subiectarum aspectu primùm mo-
ueatur, ex his autem ad eorum, quæ se-
sus effugiunt, supernaturali aq; dicitur,
considerationem, & amorem homines
excitentur, ac traducantur; nihil omni-
no illis prætermitti debet eorum, quæ
ad res sacras cum dignitate atq; ampli-
tudine extrinsecus etiam tractandas ad-
ministrandasque spectant.

Vt autem S. Apostolis in huiusmodi
missionis genere vnusquisque Oblato-
rù magis, ac magis pro sua virili similia

fiat; quod sub oculis hominum viliora, difficiliora ve factu erunt ea, ad quae ob- eunda missi fuerint; ac denique quod plus pro animarum salute, & Dei gloria pati illos oportuerit; eo alacriori fidentio- riq; animo inunctam missionem am- plectantur, exequanturq;.

Ceterum, vt pie, & laudabiliter se ge- rant, missionisq; manus cum opus erit alacriter suscipiant, diligenterq; obeant, ac deniq; missionis muneri planè vere- que satisfaciant; Sanctos Apostolos, ac discipulos à Christo Domino multo- ries missos imitari studeant: qui sine v- lo humano presidio subsidio ve, primò per totam Iudæam missi, diuino auxilio, & benignitate freti, inunctum munus fortiter prestiterunt; atque eam eiusdè prouidentia, & cura, spem, animiq; vir- tutem conceperunt, vt deinde per totum orbem Christi nomen humanis auxi- lijs destituti, ferre, prædicareq; non dubitauerint.

Horum igitur Sanctorum Apostolorum præclarum exemplum, diuinamq; men- tem imitati, in eum, qui in Christi Ie- su nomine illos mittet, omnem tum via- tici, tum cuiusuis alterius rei necessaria- curam omnino reiciant.

Si quid tamen sit, quod illum scire, qui mittit interesse animaduertant; illud eidem, siue Archiepiscopus ipse sit, siue Præpositus sancti Sepulcri, patefacere non omittant.

Auaritiam non solum omnem, sed leuif- simam etiam illius suspicionem pror- sus fugiant.

Redditibus præterea, fructibusq; benefi- ciorum Ecclesiasticorum, ad quorum cu- ram aliquo tempore gerendam mitten- tur, se nullo modo inferant.

Sed eo victu contenti, qui sibi ad Reue- rendissimi Archiepiscopi præscriptum assignabitur, vel literis patentibus, vel alia ratione explicandum, administra- tionem reddituum illorum Ecclesiasti- corum ab illis geri sinant, quibus id mu- neris incumbit, inunctum ve fuerit.

Nec verò Oblatorum cuiquam, aut emo- lumentum aliquod à quoquam, munus- ve vllum nè minimum quidem exigiq; pretii, aut esculentorum poculentorū ve cuiquam accipere liceat, quacunq; cau-

sa mittantur, & qualiacunq; sint ea mo- nera, quibus ex instituto congregatio- nis Reuerendissimi Archiepiscopi iussu fungi illos contingat; nisi si quid ab eo- dem Archiepiscopo eisdè dari præscri- ptum permissum ve fuerit.

Neque in Diocesi tantum ista obseruen- tur, sed in Vrbe quoque, atque in omni prorsus actionum genere, ad quas mit- tantur.

Quintodecimo saltem die à suo disces- su, & de statu suo, & de fructu quem Do- minus per eorum labores donare digna- tus sit, Præpositum sancti Sepulcri per literas certiores faciât diligenter: Sin- gulis verò mensibus Reuerendissimum ipsum Archiepiscopum, aut Vicarium eius generalem: sed & citius etiam, si quid fortè contingat, aut si quid in ma- gis habeant, quod eidem celerius si- gnificandum sit.

Prorsus autè se itineri comitant, patentes literas Reuerendissimi Archie- piscopi à Præposito sancti Sepulcri ac- cipiant: qui tum literas illas, tum alia omnia ad missionem necessaria expedi- ri curet, illisq; præterea à Cancellario Archiepiscopali indicem plebium, & lo- corum quò quisq; mittendus est, descri- ptum accipiens tradat.

Vicarium deinde generalem, Visitato- res itè generales, ac præterea proprii illius plebis visitatorem ad quam mit- tuntur, si in vrbe sint, conueniant; vt si quid illi fortè habeant, quod eis signi- ficandum, præcipiendum ve sit, ante pro- fectionem accipiant.

In discessu demum à Reuerendiss. Ar- chiepiscopo benedictionem petant, il- loque absente, Præposito sancti Sepul- cri se sistant atque exhibeant, illorumq; monita omnia, accuratè cognoscant, ac tota mente complectantur.

Ad Vicarium Foraneum statim redi- proficiantur, eiq; patentes literas ex- hibean.

Ab eodem quæ cuique loco, ad spiritus auxilium necessaria sint, sciscitentur, cū eodemq; conueniant de diebus, statiq; horis, quibus in vnamquamq; illi sub- ditam paro. hiam venturi sunt, vt ille interim Parochos suos certiores matu- rè faciat.

Ut Parochus Dominico die, aliove pre-
cedente festo, populo significet, quo die
aderit Oblatus, pridieq; illius diei es-
dem populum de illius adventu sono ca-
panæ admoneat; demum verò etiam cū
aderit, statim eodem campanæ signo il-
lus aduentum significet; eademque ra-
tione ad sacram concionem audiendam
eum tempus aderit, populam conuocet,
diligenter curent.

Festis diebus, quibus frequentior nu-
merosiorq; populus ad Ecclesiam con-
fluit, atque spiritualibus rebus maius na-
tus otium facilius incumbit, verbū Dei
pro viribus diuersis locis horisq; diuer-
sis prædicent; mane scilicet vno in loco,
cū missa celebratur; a prandio alio in
loco, cum rudiores homines fidei Chri-
stianæ docentur principia; & vespere alio
rursus loco, ante, vel post salutatio-
nem Angelicam, vt frequentate populi
occafio suadebit.

Alijs autem diebus, quibus populi se-
cularibus curis implicati, diutius in Ecce-
lesijs immorari prohibentur; summo ma-
ne, priusquam homines ad secularia o-
pera accedant, in vna parochiali Ec-
clesia prædicent; vespere autem illius
diei, in altera; nisi fortè aliquando pro-
pter alicuius loci vberiorum fructum,
alicubi diè totum commemorari opus esse
censuerint.

Nullò tamen loco vltra diem vnum an-
eius generis missionibus, vlla de causa
morantur, nisi Reuerendissimus Archie-
piscopus aliter iusserit.

Quibus autem locis Concionis causa oc-
cupari non sunt, ibi in audiendis Con-
fessionibus, si Sacerdotes sint, atque in
alijs spiritualibus curis se totos exer-
ceant; homines inter se dissentientes co-
ciliano; vitrum mundā, ac decenter sa-
cra loca, vasaque, atque omnis denique
supellex Ecclesiastica custodiantur, inspi-
ciendo, rudiores homines in rebus Chri-
stianis instituendo; in Scholis etiam eo-
rum, qui Disciplinati vocantur, & alijs
huiusmodi hominum consentibus, ad
virtutem religionemque capessendam
fratres; ac collegas hortando; aliaque
eiusmodi officia præstando, quæ ad ani-
marum salutem procurandam accom-
modata sunt.

Illà verò potissimam, quæ sequitur,
tum publice, tum priuatim omni studio
procurent.

Vt Doctrinæ Christianæ Scholæ in sin-
gulis Parochijs instituantur, restituan-
turve, atque ad præscriptum institutio-
num ab eorundem Priore generali tra-
ditarum augeantur.

Vt quotidianæ orationis vespertinæ
vsa singulis locis retineatur omnino, &
vbi intermissus est, restitatur.

Vt Matutina quoque oratio post auro-
ram statim instituat.

Vt ad Ecclesiam suam omni animi ala-
critate, & liberalitate benè instruendā,
& ornandam, atque augendam Ecclesia-
sticam supellectilem populus vnusquis-
que promoueat.

Vt vel tempore sui aduentus, vel proximo
die festo post discessum, qui confessi
reperiuntur, sacram sumant Eucharis-
tiam, idemque deinceps sæpius fa-
ciant.

Quin etiam ad peccatorum omnium to-
tius superioris vitæ vniuersalem con-
fessionem repetendam illos studiose co-
hortentur; eamque ob causam curent
diligenter, vt industria Parochorum,
auctoritate Vicariorum foraneorum,
ad ea loca ad quæ ipsi mox vèturū sunt,
vel eodem tempore, vel proximo sequē-
ti die festo, ex vicinis Vicis oppidive
probatores complures vocentur sacer-
dotes; qui operam suam ad audiendas
confessiones omni cura studioque præ-
stent.

In eam verò etiam curam incumbant,
vt, qui sint tum cleri, tum populorum
mores, ex probatis viris diligentissime
perquirant, omniaq; notent libello ali-
quo, quæ emendatione egere videantur;
de quibus mox cum Reuerendissimo Ar-
chiepiscopo opportuno tempore agant.

Si quid autem eiusmodi offenderint,
quod præsens postulet remedium, Re-
uerendissimum Archiepiscopum, vel
eius Vicarium generalem certiorè sta-
tim faciant.

Qui Sacerdotes erunt, quotidie Missæ
sacrificium celebrent eo loco, in quo co-
cionem sunt habituri: quæ quidem die-
bus festis post recitatum Euangelium
statim habeant; cæteris autem diebus

ante Missam, nisi aliter faciendum pre-
sens populi suaserit utilitas.

Qui verò Sacerdotes non erunt; tum à
Reuerendissimo Archiepiscopo, vel à
Præposito Sancti Sepulchri; quo die
primùm ab Vrbe erunt discessuri, tum
deinde, & singulis diebus festis, & sæ-
pè etiam aliàs per hebdomadam, à Pa-
rocho loci in quo erunt, vel à socio
suo Sacerdote cum vini mittentur; San-
ctissimam sumant Eucharistiam.

Cum primùm ad aliquem locum per-
uenerint, statim se ad Ecclesiam con-
ferant, ibique ante Sanctissimum Do-
minici corporis sacramentum per ali-
quod temporis spatium orent; tum ex
Parocho, aliisque Ecclesiasticis, & pro-
bis viris, proprios illius populi mo-
res, & abusus, & deprauatas consue-
tudines cognoscant, vt suis concioni-
bus vberiores fructus ea ratione inco-
lis pariant.

Perpetuò autem apud homines Ec-
clesiasticos, & Parochos potissimùm,
hospitentur; vel si Ecclesia vacet, sal-
tem in Ecclesiasticis ædibus, si fie-
ri possit.

Sicubi autem fortè Oblatus aliquis a-
liud domicilium habere comperiat,
quò ipsi venerint; apud eum maneant,
Sacerdotali charitate, frugalitateque
quæ excipiantur, contenti.

Quæ de muneribus reiciendis, deque
litteris ad Reuerendissimum Archiepi-
scopum, & ad Præpositum Sancti Sepul-
chri sæpius dandis, aliisque multis in mis-
sione præstandis præscripta sunt, ser-
uent diligenter, ac præterea etiam quæ
eunque in tertio libro Constitutionum
Oblatorum, eum titulo [de pijs exerci-
tationibus singulorum Oblatorum ad
disciplinæ spiritualis incrementum,]
eum titulo, [de exercitationibus ad pro-
ximorum salutem iuuandam,] notata
reperiuntur.

Illud quoque meminerint Dominica
voce admoniti, vt [quamcunq; domum
ingrediuntur, (&) pacem illi domui pre-
sentent,] & pro ratione suæ missionis,
vt vera pax inibi existat, omni officio
efficiant.

Reuersi à missione, Præposito Sancti Se-
pulchri litteras patentes restituant, v

easdem iterum, cum denud mittentis,
accipiant.

Hac igitur ratione se gerant Oblati,
cum aliò mittentur, hæc omnia seruent
diligenter, fideliterque præstent.

Hæc enim Congregationis Oblatorum
præstantiora sunt munera, vtilioresque
functiones: quare, & his potissimùm
ad Ecclesiæ Mediolanensis dignitatem
amplificandam, vniuersæque Diocesis
utilitatem procurandam, enixè incum-
bendum est.

In laboribus autem missionum, alijs
ve alterius generis nauiter suscipiendis
atque exequendis, crebrò tum corpo-
ris, tum animi vires excitent spiritua-
lium præmiorum memoriæ, quibus Ob-
latorum, tum ingressum ipsum in con-
gregationem, tum singulos hosce labo-
res Sanctiss. Pontifex Gregorius XIII.
summa charitate susè lateque profes-
sus est.

Atque ea quidem spiritualia præmia,
hæc planè sunt.

Concedit enim Summus Idem Pontifex
omnibus quidem primùm, & singulis
congregationis Oblatis, qui & nunc, &
deinceps vnquam erunt, qui totius an-
teactæ vitæ peccata confessi, Sanctissi-
mum Eucharistiæ Sacramentum sum-
plerint; plenariam omnium peccato-
rum suorum Indulgentiam, & remis-
sionem:

illis quoque, qui die festo S. Ambrosii,
S. Simpliciani, & Epiphaniæ Domini,
Missam deuotè celebrauerint; pena-
riam Indulgentiam.

Præterea in cuiuslibet ipsorum mortis
articulo, nomen [Iesus, & Mariæ,] deu-
otè invocantibus, plenariam Indul-
gentiam.

Item quoties sacramenta ministrabunt;
Indulgentiam vnus anni.

Item quoties ex missione prædicabunt;
Indulgentiam trium annorum.

Item quoties exercitationes, & functio-
nes alias ad Dei cultum, & proximi sa-
lutem præstiterint; Indulgentiam vn-
ius anni.

Item quoties ex congregationis insti-
tuto simul congregati, colloquutionibus,
colloquijsve spiritualibus, aut lectio-
nibus sacris, hortationibusque, aut alijs pijs

exercitationibus, per semihoræ spa-
tium vacauerint, aut ad canendas Lita-
nias, aut recitandam Antiphonam Bea-
tæ Mariæ, [Salve Regina,] vel aliam
pro temporis ratione; Indulgentiam
centum dierum.

Item quoties examen conscientie agat,
futuræ meditationis argumentum acci-
pient, aut rationem peractæ medita-
tionis confessario, aut Præfetto spi-
rituali reddent; Indulgentiam vnus
anni.

Item quoties Rosarium Beatæ Mariæ
Virginis recitauerint, qui consueuerint
saltem singulis Sabbatis, & vigilijs fe-
storum dierum eiusdem Mariæ Virgi-
nis illud recitare; Indulgentiam vnus
etiam anni.

Item quoties pro Oblato defuncto ex
instituto Congregationis orabunt; In-
dulgentiam trium annorum.

Item quoties peccata confitebuntur, aut

Missam celebrauerint, septem annorum
Indulgentiam.

Quantum peccet, qui præscriptas con-
stitutiones non seruauerit.

Cap. I I.

QUOD autem ad harum præscri-
ptionum Constitutionumque v-
sum tenendum, ac seruandum
attinet, licet ad præclaram animi in-
stitutionem, atque ad veræ religionis,
omniumque Ecclesiasticarum Virtutum
consecutionem, progressumque spiri-
tualeni, perutiles atque per necessariæ
illæ sint; si quem tamen eas aliquando
non seruare contigerit, non plus illum
tunc peccare declaratur, decerniturque,
quam præuicationis ipsius, operis-
ve in quo peccatum est, ratio alias po-
stularet.

L A Y S D E O.

*Institutiones Seminarij, quæ hoc loco imprimendæ erant,
propter nonnullum impedimentum coacti sumus
in finem usque huius quintæ Parisi differre.*



CON-